

GALENI METHODI MEDENDI ID EST  
DE MORBIS CVRANDIS,  
LIBER QVINTVS.  
ARGUMENTVM LIBRI.

Sanguinis profusia quæcumq; uenis uel arterijs lœsis contingunt,  
fanantur, ac ulcera in pene uel in sede.

Epilogus uniuersæ ulcerum curationis superioribus libris explicatæ.

CAP. I.

Vemadmodum quis vlcerum curationem optime moliatur, cū duobus ante hūc libris docuerimus, illud obiter ostendimus, reliquos omnes medicos, q; simpliciū in nobis particularū elementis minime inquisitis artem adeunt, non posse quicq; certa rōne sanare, minimeq; omniū qui Thessalī dogma profiten̄. Reliqui nanq; ea saltem vlcera, quæ in diuersis sint partibus, diuersis rōnibus sananda censem̄, ipsa nimirū experientia docti. Qui vero Thessalū authorem sequuntur, propter excellentein scilicet sapientiam, omne vlcus, quacunq; in parte animalis sederit, similiſ egere curationis putant. Quippe si cauum sit, impleri: si aquale, cicatrice induci: si caro supercreſcat, hanc detrahit: si cruentum recensq; sit, agglutinationem postulare aiunt, ceu vero qui hēc norit, eum recte mederi sit necesse, nec sit hēc ratio ēt cuiilibet ē plebe communis, cum nemo sit qui horum quicq; ignoret. Cæterum, nec quemadmodum carne impletundis sinus sit, nec quē ad modum ad cicatricem perduci quod impletum est, debeat, aut comprimi quod superauertum, aut coalescere quod purum citraq; sinus est, intelligent. Sunt enim eiusmodi opera tantum medicorum, quæ vel ratione, vel experientia, vel vtriusq; ope sunt inuenta. Rursus igitur repentes, summatim ea percurramus, quod dicendorum caput cum dictorum copuletur calce. Mōstratum est, omne vlcus siccantia medicamenta requirere. Cæterum, quod sinus habet, vt minus sanè quām reliqua, sic ea quæ præter quam quod modice liccent, etiam abstergendi facultatem obtineant, desiderare. Quod vero coniungi sibi labra postulat (cuiusmodi scilicet sunt quæ citra latine Cruenta, græce Enæma dicuntur) huic tum quæ magis etiam siccant, tum vero quæ citra abstersionem leuiter adstringit opus esse, tam quæ vlcera perduci ad cicatricem postulant, hæc non solum magis adhuc siccantibus, sed etiam strenue adstringentibus remedij egere: Quod si caro eorum præter naturæ modum intumuit, acrī & demolientia (quæ eadem calida siccāq; necessario sunt) desiderare. Si quod vero aliud symptoma vlcéri adiunctum erat, ab eius natura curationis indicatio sumebatur: atque ex hac rursus remediiorum facultas petebatur. Si nanque fordes innaseretur, quæ hanc tollerent opus esse: eaq; omnia abstergendi vim habere multo sanè maiorem, quām ea quæ carne implerent. Si uero copiosior in his humiditas cerneretur, etiā quod magis siccaret medicamento opus esse: ceterum, quod propriam speciem non egredetur. Ac si agglutinaturum medicamentum esset, siccans adstringensq; id esse debere: si carne impleturum, liccans & abstergens, atque in singulis reliquorum, uti dictum est. Si vero intemperata subiecta caro esset, primum eius intemperantæ succurrentum esse: vtique quæ siccior iusto esset, hanc humectantibus: quæ humidior, siccantibus: tum quæ calidior esset, refrigerantibus: quæ frigidior, hanc calefacientibus: & si gemina qualitate esset intemperata, pharmacū quoq; eligentibus quod gemina esset qualitate contrariū. Quippe id oīum q; præter naturā sunt, cōe esse, non posse ad naturā suā redire quicq; sine ipsi facultate haberent contrariā. Considerandas præterea & intemperantæ cās hoc ipse, siue haec totius corporis essent cōes, siue quarundā partitū ppriæ, q; videlicet per societatē (quā Sympathēan vocant) exulceratū membrū infestarent. Medendum vero primū esse causę, q; intemperantia adhuc fouveret: post hanc uero, ipsi q; iā facta esset intemperantia. Quippe hanc cōem indicatiōne esse omniū, q; ex cā quapiam orianū. Ostendimus aut̄ tum ab vlcerum differentijs diuersas præberi indicationes: tum eas quæ à laborantis corporis tēperamēto sumunt, diuersam ab his habere rationē. Siquidem illæ, cū ex ijs quæ præter naturam sunt, sumant, oēs contraria esse adhibenda diſtant: haec cum ab ipsa natura capiant, similia. Nam si quæ siccior pars est: ea magis siccari postulat, quæ minus talis est, ea minus est siccanda. Ad eundē certe modū, & de calefaciendo refrigerandoq; est præceptū. Nec illud omisimus, ex præcellentiamē bri, aut contrario statu, itemq; ex sensu acri hebetuē diuersum medicandi consilium peti,

CAP. 2.

dom cap. 3.9. art. med. E.

Ergo quod reliquum est huius morborū generis curandi, id nunc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinæ cā, vnitatis solutionē appellauimus, nec refert si continuatis solutiōnē voces. Incidit haec non in similaribus modo, & simplicibus partibus, sed ēt in cōpositis, & instrumentalibus. At vero remediōrum indicationes aliae à similaribus sumunt, aliae ab instrumentalibus.

**A**bus. Quarū ambas norunt, qui methodum Hippocratis consequantur, ppter ea q̄ vtrarūq; partit naturam intelligunt: alteram aut̄ duntaxat (nempe quae ab instrumentalibus pr̄abetur) qui Erasi stratum, & Herophilum sequuntur. Quare in ijs qui sequentur sermonibus quæcunq; à calido, frigido, humido, & s̄ t̄co corpore morbo ue indicationes sumuntur, nullius certe methodum hi habebunt, quæ verō forma, positu, præcellentia, acrisensu, aut his contrarijs, præbentur, has nō ignorabunt. Illustrius erit quod dicimus, si partes ipsas proposuerimus. Quoniam igitur de ijs maxime v̄ceribus, quæ in carnosis accidenti partibus, hactenus abunde tractauimus, nunc tempestivum videtur de ijs agere quæ in arteria, vena, & neruo contingunt: nec de ijs absolute, sed ut in quouis sunt viscere, uel deniq; instrumentalis animalis parte. Ergo sicut arteria vena ue magna vulnerata est, & copiosum sanguinis profluuium cōtinuo superuenit, & glutinari id vulnus difficile quidem ēt in vena est: in arteria vero non solum difficile, sed etiam quod fieri (sicut non nullis medicorum est v̄sum) omnino fortasse non possit. Dicendum ergo vicissim de vtrisq; est, ac prius de sanguinis profluuiō: secundo loco de agglutinatioē. Quoniam aut̄, & per anastomosin, & per diapedesin, vt mox docebimus, profluuiū huiusmodi fiunt, non alienum sit, propterea q̄ curationem cōmunem habent, ēt hoc loco de ijs meminisse: tametsi ex alio esse morborum ge

**B**nere videantur. Sanè profluit ex vena, vel arteria sanguis, aut reserato earam ore, aut tunica earū diuisa, aut (vt sic dicam) transcolatus, siue sudoris modo transmissus. Porrò diuiditur ipsa tunica, tum ex vulneratione, tum contusione, tum ruptiōe, tum erosione. Anastomosis accidit propter tum vasis imbecillitatem, tum sanguinis qui ad os eius impetu ruat copiam: ad hæc, acrem q̄piam quæ illi extrinsecus incidat qualitatem. Diapedesis vero ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine vero tenuato oritur, accidere præterea interim potest, & ex gracilium vasorum ore adaperto. Dicendum igitur est de horum affectuum unoquoq; seorsum, ac primum de diuisiōe, quam vel ex erosione, vel vulnere, vel contusione, vel ruptione diximus accidere. Quæ itaq; vulnerant, ea sunt acuta, atq; ad secundum habilia, quæ contundendo solunt, ea grauiā duraq; sunt, quæ rumpunt, omnia id tensionis interuentu faciunt, idem & intensior actionis vehementia facit, tū succi abundantia, non vtiq; virū respectu, sed cum à vase suo non continetur, etiam casus ab alto, tū graue quip̄piam durumq; incidunt. Quippe eiusmodi aliquid cum vel vasis vacuis, vel pusillam omnino rem continentibus in ea inciderit: si durum ex opposito obiectum habet, cōtū reddit, at si plenum vas sit, prius id rumpit, quā cōtundat. cum sit quod tū accidit, persimile ac si vtre vesciam' ue impleas, atque in hanc lapidem factes, vel contra lapidi vtre violenter illidas. Sanè huic persistile est quod accidit in casibus ab alto. Quam nanq; rationem vter habet ad lapidem, hanc homo habet ad solum. Quisquis vero ex maximo acutissimoq; clamore, in pulmōibus vas perfregit, is violentiae actionis acceptum malum referet. Similiter huic, & qui ex eo quod prægraua onus, aut humeris imponere est conatus, aut alias manibus attollere, vas fregit. Atq; hoc etiam magis, cui ex concitatissimo cursu, aut valentissimo saltu, aut aliter particula vlla violenter extensa, id accidit. Est enim id quoque persimile, ac si funem, aut lorum, quā maximē distendas. Porrò perrumpi quoque non pauca, præterea quod sanguinem quem in se habent, non continent, potissimum cum flatulentus is sit: indicio sunt tum dolia, quæ sāpe musto rumpuntur, tum alia multa valentissimorum corporum.

Quibus remedij uenarum & arteriarum ulcera agglutinari, & fluxus sanguinis deriuari, ac reuelli queat. C. 3.

**A**C si ex vulnere, vel clamore, vel casu, vel cōtusione perruptū vas est, vtiq; in his causa ipsa defuit. Si vero ex abundantia, fieri pot̄ ut vas ēt amplius rumpatur, effēctrice saltem adhuc manente eaſa. Atq; in hoc quidē affectu vacuanda quā primū abundātia est: abhinc sanguis sup̄primendus: mox vlcus ipsum curandum. Vbi vero effēctrix causa iam defuit, primum sifere sanguinem expediet post vlcus sanare. Quomodo igitur sifemus sanguinem? Obturato quidē quod perruptū est, auero aut̄ atq; aliorum translato quod per id ferebatur. q̄n si id eo quo inter initia impetu confluat, osculatq; vasis pari modo pateat, citius planē moriatur animans, que pfluiū laborat, q̄ sanguis cesset effluere. Porrò, vlcus ipsum claudetur, uel labris eius quæ dissident in idem adductis, uel osculo eius obstruēto. Adducetur in idem labra eius, tum noltrarum manū opera, vbi sicad manum vlcus se exhibet: tum per deligaturam, tum vero per ea remedia, que refrigerent, & addstringant. Neq; n. fuere fas est arteriæ vene ue vulnus: veluti dixerint qui nullam à vulnerante partis substantia naturaq; sumi indicationem aiunt. Obstruetur vasis osculū & sanguine ipso concreto (qui Thrombos græce dicitur) & ijs quæ foris illi imponuntur. Postiunt aut̄ superimponi tum carnosæ ipsæ, quæ circa vlcus sunt partes, tum in nonnullis vulneribus ipsa cutis: ad hæc quæcunq; ipsi cōminiscimur. Ea sunt & linamenta, quos Motus græce vocant, & medicamenta ea quæ idcirco quod ex lenta crassaq; substantia consistant, meatus obstruunt, (Græci Emplastica vocant) præterea quæ crustam, quā Græci Escharan vocant, efficiunt. Quippe hanc quoq; ceu septū quoddā huiuscemodi v̄ceribus veteres excogitarunt. Efficiunt hanc tum ignis ipse, tum qdā medicamina quibus ignea vis ineſt. Atq; his quidem rebus obstruīt vasis osculum. Auertitur aut̄ sanguis, atq; ad alia membra conuertit, tum ad proxima deriuatus, tum ad contraria reuultus. Illud Parocheteus in hoc Antispal in græci vocat. Nam hec q̄q; Hippocratis inueta sunt, omnis

Vit. 2. 3. & Sympa. cap. 2. fol. 26. 27. A.  
et Sympa. 27. cap. 26.

Ex hoc collige p̄ eam  
Rerumq; per inueni  
Annotatio in Gal. dicens

## Gal. methodi medendi

it ē. 6. Epid. par. i. cū. 7. omnis scilicet immodecā uacuatiōis cōmūnia remēdia. Deriuatio ad uicina loca sit, cum id quod E  
 i. clasi. 6. fo. 2. T. cap. 2. per palatum vacuatur, per nares deriuatur; reuulsio autem ad contraria cū ad inferna reuelli;  
 i. cap. 99. nro. med. ve 7. Rursus quod per sedem profluit, id per uulam deriuamus: sursum uero r̄gellimus. Ita nanque  
 & natura ipsa facere solet. Mulierē enim, inquit Hippocrates, sanguinem u. menti, menses super- „ cap. 3.  
 i. cap. 6. uenientes remēdio sunt. Hac igitur de caula, si uel menses confertim eru- „ 22. 50.  
 vtero quoquo modo profluxerit, sursum reuelles, cucurbitam maximam si. & mammis defigens.  
 Nam & hoc Hippocratis inuentum est. Eandem ob causam cū è naribus sanguis erumpit, id  
 retinēt maxima in p̄cordijs desixit cucurbita. Infigendē autem sunt, si ex dextra nare p̄fluit,  
 super lecinore: si ex sinistra, super liene, si ab utraq; nare, super utraq; sunt imponenda viscere.  
 Quod si resolutus adhuc æger non sit, etiam uena ex eo cubito incidenda est, qui profusioni è di-  
 rectio respondet. Vbi paulum detraxeris, mox unam horam intermitte, rursus detrahēs, post  
 iterum atq; iterum, pro laborantis uīribus. Ad hunc modum & reliquas omnes fluxiones (quippe  
 communis ratio est) tum ad contraria reuocabis, tum per uicina deriuabis, utiq; quæ per aluū  
 fluunt, ea uel per urinas, uel uterum transmittens. quæ uero per urinas, ea uel per uterum, uel per  
 sedem transferens: pari modo quæ per uterum erumpunt, uel per urinas, uel per aluum, quæ ue-  
 ro in oculis, aure, uel palato fluxiones accidunt, eorum ad uicina deriuatio per nares est. Reuul- E  
 sio uero in ijs quæ supra sunt omnibus, deorsum semper agitur: sursum, in his quæ sunt infra. Præ-  
 terea à dextris ad sinistra, sicut ab his rursus ad illa. Similiter ex ijs quæ intus habentur, ad ea quæ  
 foris sunt: contraq; ab his ad illa. Ergo frictio contrapositæ partis, potissimum per ea medicamenta  
 quæ calefaciant; præterea vincula ualentia adducta, ijs quæ ad contrarium reuocant remēdiis  
 sunt annumeranda. Non secus profecto & naturalium meatuum qui positi ex aduerso sunt, re-  
 clusio. Quæ uero id præstare medicamenta possint, tradita eorum materia à nobis est in libris,  
 quos de medicamentis prodidimus. sed de omni fluxione in sequentibus è libris tractare neces-  
 sum erit. Nunc ad sanguinis profluuium est redeundum. Quippe de genere obturantium quo-  
 dammodo est, & vinculum iplis profluentibus vasis iniectum: iplisq; nostris digitis dum ea cōmit-  
 tunt, stringuntq;. Est & alia huic pertinens ligatio, quam Græci Epidesin vocant, quanquā ipsum  
 vas circulo nō complectitur, sicut vinculum: verum cum ex parte complexu suo cōmittat quo-  
 dam modo vulnerati membrī dissidentia labra, & quæ superimposita sunt contineat, merito in-  
 ter claudientia remēdia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagia remēdia censea-  
 tur, & appositus vulneratæ partis situs. Porro appositus fuerit, si ad geminum hunc finem sit di-  
 rectus: nempe ut & dolore pars careat, & sursum spectet. Si uero uel prona spectet, uel doleat: nō G  
 solum profluuium non sistetur, sed etiam, si non sit, prouocabitur. Ergo qui haec norit, si quando-  
 astiterit ei cui ex vulnere sanguis profluit, (de his enim primum agam) illico digitū super os vul-  
 neris vasis imponat, blande innitens, ac sine dolore comprimens: quippe simul tum sanguinem  
 fistet, tum eum concrescere in vulnere faciet. Quinimmo si vas, unde profluit, alte sit demissum,  
 certius ipsius tum positum intelligat, tum etiam magnitudinem: præterea, vena ne sit, an arteria.  
 Post haec iniecta vno attollat, ac modice intorqueat. Quod si ne tunc quidem fistitur sanguis: si  
 vena fuerit, tentet citra vinculum sanguinem supprimere aliquo ex ijs medicamentis, quæ san-  
 guinis supprimendi facultatem habeant. Sanè optima horum sunt emplastica ea quæ ex frixa re-  
 lina, & farinæ triticeæ tenuissimo polline, & gypso, alijsq; id genus, sunt confecta. Sin arteria sit,  
 duorum alterum, aut vinculo amplectens, aut totum vas præcident, profluuium fistes. Sanè vin-  
 culum magnis quoq; venis iniçere interdum cogimur: atq; è interdum totas præcidere vtique  
 transuersas. Incidet autem huius necessitas in ijs quæ ex profundissimo loco recte assurgunt: pre-  
 fertimq; per angustas, vel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex vtrac; parte pars vtrac;, celaturq; ac integratur à superiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen est vtrunq; facere, &  
 vinculum vasis radici iniçere, & quod deinceps habetur præcidere. Radicem vasis voco priorē  
 eius partem, quæ vel lecinori propior est, vel etiam cordi. hæc in collo ab inferiore est parte: in .H  
 brachijs & cruribus à superiore: in singulisq; reliquarum partium, prout ex dissecione intelligere  
 licet, quam nec ipsam amethodi isti Thessalij admittunt.

Quo pačio implenda carne sint ulcera, cum sanguinis impetum fisternus, ac de  
medicamentis quæ crustam inducent.

CAP. 4.

H̄is pactis, implendū carne vulnus q̄primitū est prius, q̄ vinculum à vase decidat. Nisi, n. produ-  
 cta caro prius locū qui circa præcisam arteriā est, impleuerit: sed locus alijs vacuus supfue-  
 rit, utiq; quod Græci Aneurisma dicunt, sequit. Quā ob rē eo potius ḡne sanguinē fistentiū vten-  
 dū suadeo, qđ sua lentitia meatus obstruat, (emplasticō convocat) qđ crustā efficit, p̄pea qđ & citius  
 & minore cū piculo † {post ipsum} implet vulnus. Quippe piculū in altero est, ne si defluat cru-  
 sta, rursum sanguinis p̄fusio ex vase excite. Optimū igit oīum qđ noui medicamentorū, quo è ad  
 cerebri mēbranarū hæmorrhagias tutissime vtemur, est, qđ nunc subhjciā: Thuris pars vna, aloes  
 partis vnius semissi misce, mox cū vtendit ipsi instat, tñ huius cum ouī candido subigii, quantum  
 mellis reddat crassitudinem, hoc dehinc leporis mollissimis pilis excipitur, deinde tum vasi ipsi,  
 tū ulceri toti liberaliter imponit, alligandū aut id forinsecus fascia est ex tenui līnteo. Cuius fasciæ  
 primi

**A** primi quatuor quinque'ue amplexus ipsi profluenti vasi iniijcentur: abhinc vasim radicem uersus ducetur, in quibus videlicet partibus radicem uersus ducere licet. Licet aut ferre in omnibus praeter cerebri membranis. His factis, ubi tertio die solueris, si tuò adhuc medicamen viceri adhaeret, aliud rursus super impones: ac ueluti linamentum id quod ex pilis factum inhaesit, madefaciens deligabis, ita ut initio deligasti. Si prius sua sponte linamentum decidat, radicem vasis digito bladie comprimens, quatenus uidelicet nihil confluat, hoc quidem suspensa manu adimes, atq; alterum impones, ad hunc modum quoad carne munitetur, curare uas debebis, utiq; à principio ad finem vlsq; particulam supinam seruans: cultodito tamen in hac situs figura, modo. **Vitandum. n.** ne dolor incidat, ac rursus profluuium excitet, cum nihil sit quod profluuium magis q; dolor pro ritet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamento multifariam utor, alias (ut dictum est) duplum thuris, aloe admiscens, alias par modo ambobus utens, alias paulo superante aloen thure, aut èr plufculo, sed nondum duplo: èr mannam pro thure aliquando iniijcens. Est autem manna medicamentum, quod magis q; thus adstringat: Thus uero q; manna magis emplasticum. Porro cōstat in duris corporibus plus aloes esse immiscendum, in mollibus plus thuris. Eritq; alterum eorum magis adstringens: alterū lentitia & crassitudine sua tenuibus spiramentis magis inhærens, quod **B** emplasticoteron uocant. Itaq; etiam magis tenax, ac (vt sic dicit) resinosius deligas thus oportet, ubi magis esse emplasticum medicamentum studebis, id sane tum mollius est, tum albidius, tum quod mansum ritu aloes & manna non cōminuit, sed partes suas sibi cohærentes defendit, ueluti Chia mastiche. Verum haec eius tractationis sunt propria, quae de componēdis pharmacis pr̄cipit, quam in hoc opere non alicubi attingisse omnino non licuit. Siquidē aut nusquā nobis particularis exempli facienda mentio fuit, sed iplis tñ vniuersalib; contentos esse methodis oportuit: aut si particularia poneremus, etiam præparatio eorum fuit attingenda. Verum (ut ante est dictum) eius generis remediorum qua methodo sint inuenta, uno altero'ue exemplo hic posito contentos esse conueniet. Id uero semper mihi teneri memoria uelim. Sed reuertamur rursus ad id quod dicendo, parum absoluimus. Mentionem enim iam dicti medicamenti idcirco pluribus feci, q; cæteris id omnibus præstare mihi persuasi, miror q; sic uero melius inuenire continget. Iōq; tum in cerebri membranis semper: tum in colli vulneribus eo utor: etiam ipsarum uenarum iugularium, quas Sphagittidas vocant, utpote cum harum quoque profluuii citra uinculum sistat. Non est autem in his committendum vt in opere properes, ueluti quidam stolidi chirurgi faciūt: sed altera manu inferiore uasis partem comprimes, aut complexus tenebis, altera medicamen tum vulneri impones, ac blande ei apprimes, donec concretum adhæserit, mox deligabis superne deorsum, non (ut in artibus) inferne sursum. Siquidem radicem uersus vasorum ducere deligationem oportet, ac quod confluit reprimere. Sunt porro & alia non pauca pharmaca, quae citra omnem dolorem emplasticam vim obtinent: uerum nullum ita carne implet. Expedit autē quā maxime in eiusmodi casu, ut priore medicamine cadente, caro circum uas ipsum sit producta. At quæ crustas generant, ubi crusta decidit, magis nudam partem, quā pro iplius naturali habitu derelinquunt. Est nanq; iplius crustæ generatio ex subiectis circumpositisq; corporibus (ut sic dicam) semiustis: sic, ut cuiusmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parant, eiusmodi ipsa crustæ carnis exusta sint reliqua. Quare quantum particulae adustum ad crustam est, tantū profecto ipli de naturali carne deperditur. Id itaq; omne particulae decedit, cum crusta cadit, atq; ob eam rem nuda sineq; carne visitur. Multisq; postea q; crusta decidit, profusio sanguinis, quæ egre suppressi potuit, superuenit. Quare in his quoq; quisquis methodo administrare omnia volet, istum modos omnes, quibus sanguis supprimatur, longe ante cōsiderabit, tum eum eligit qui minus sit cum periculo, utens non minus & reliquis omnibus quoties necessitas vrgebit. **Maximā** **D** autem necessitatē, vel crustificis medicamentis, uel ignitis ferramentis utendi animaduerti, ubi ex erosione putrefcentis alicuius profluuium sanguinis concitatur. Quinetiam ubi in tali affectu totum quod computruit est sublatū, tutius est uel iplius ueluti radicē aduere, uel certe crustificis medicamentis vti. Hac uero ratione tum in pudendis, tum sede ad tales necessitatēs sœpe deuenimus, quod videlicet hæ partes tum propter naturalem humiditatem, tum quod excrementorū sunt canales, ex leui causa putrefcant, id uero quod pro incrustantium pharmacorum deleciū consilium diriges, erit non vtiq; solus calor, sed cum quo adstringendi facultas sit coniuncta, qualis in chalcotide, & myli, & atramento sutorio, siue ustis his siue inustis utere, visitur. Quæ vero ex calce non extincta conficiuntur, ea vtiq; ualentiora his sunt: ceterum calx adstringendi vim nō habet. Excidunt igitur citius quæ ab his fiunt crustæ, hærent autem corporibus diutius quæ ab adstringentibus. Quod vtiq; longe est vtilius: quando ita prius nascitur in imo earum caro, efficiturq; profluenti vasi velut operculum quoddam. Vnde nec nosmet præcipites esse (veluti non nulli sunt) ad crustas, ubi haemorrhagias periculum imminet, detrahendas oportet, nisi in illis tam affectibus, in quibus propter putredinem candens ferrum corpori hominis admuovere coacti fuimus. Appellant nescio quomodo eum affectum oēs nunc medici Græci vμnū à verbo qd pascere significat, propterea q; pergere pascendo id uitium ab ægris particulis ad eas quæ integræ sint, soleat: atq; harū semper aliqd ægris adjicere: ita vt non à substantia indicatae rei, sed ab accessorio

Vid. c. g. d. simpl. met.  
63. H. cc. 5. q; comp. me.  
et gen. cap. 17. 5. fo. 25

## Gal. methodi medendi

forio appellationem indiderint. Copia materiae medicamentorum omnium, quae hac prædicta facultate sunt, in proprijs commentarijs dicetur. Proprios intelligo, & qui de simplicibus medicamentis, & qui de compositione eorum sunt scripti.

\* Ali. spkr eti. l.  
dicta est, & ita  
legendum est.

Capita methodi sanguinis profluuium sistendi ac de eo profluuiio quod de profundo corporis enampit. C. 5.

**E**rgo recētis huius methodi, qua sanguinis profluuiā quae ad manū sunt cures, capībus: mox ad eorum quae in alto sunt corpore, tractationem accingemur! Qui igitur ē vasis profluī sanguis, aut propterea quod amplius non confluet, sistetur, aut quod occlusa diuīsio erit, aut etiam propter vtrunq; simul, id quod reor tutissimum. Porro colliuere prohibet, & propter animali deliquium, & cum ad contraria reuelliatur, & cum ad vicina deriuatur, & per refrigerationem. tum corporis totius, tum uero præcipue ipsius partis afflīcta. Hac enim ratiōe etiam frigida porta sepe hæmorrhagias suppremit. Idem facit & frigida foris in fotu affusa: sed & pusca, & vinum acerbum, aliaq; quæcunq; vel astringendi, uel simpliçiter refrigerandi, vim habent. Claudi ipsa diuīsio si uel contrahatur, conniveatq; id quod diuīsum est, uel obstruatur. Sanè contrahitur tum adstricōne, tum refrigeratione, tum deligatura, tum uinculo exceptum. Obstruitur uel intrinsecus, uel extrinsecus: Et intrinsecus quidem, a sanguine concreto, Græci Thrombon vocant: Ex-trinsecus tum hoc ipso, tum uero linamentis, & spongij, & crustis, & medicamentis ijs quae lentitia crassitię sua meatus obserant, (Græci Emplastica vocat.) ad hæc corporibus ijs quae circūfacent, propius admotis. Quorum singula quemadmodum perficiantur, dictum iam est. At quæ de profundo sanguinis profluuiā erumpunt, ea nec uinculo nec deligatura sanes, ueluti nec ignis ferramentis, nec (vt semel dicam) ijs quae diuīsum ipsum corpus partem ue contingere machinamur: immo per reuulsionem, ac derituationem ad vicina. præterea cibum potionemq; qui & emplastica vim habeant & refrigerent, & medicamenta quæ adstringant. Habet uero uberem talium materiem in proprijs operibus. Quæ vero à partibus indicatio sumitur, ea communibus quæ iam dictæ sunt curandi indicatiōnibus, ueluti auētarium in singulis affectibus accedit. Siquidem instrumentis aliquando utimur, pro partis ipsius proprietate, alijs ad uterum, alijs ad vesicā, alijs ad omnia intestina crassa. Quippe in hæc, per clysterem: in uterum, per ea quæ Metrenchytas Græci vocant, idoneorum aliquod medicamentorum immittimus: Sic & in vesicam per in directum foratas fistulas. Sanè riora ex his profluuiā sanguinis sunt: sed tamen aliquando sunt, & quanquam non profusione ipsa, periculosa, at certe ob diuturnitatem non sine periculo. Siquidem quaternis diebus uidimus ē vulua profluere sanguinē, nec potuisse illo remedio sitti, quo ad quarto die plātaginis succo vtentibus nobis prorsus constiterit. Est porrò id medicamen & amoglossi. ad ea quæ ex erosione excitantur sanguinis profluuiā, vtilissimum, cui etiam valentius aliqd hoc casu medicamentum, alijs aliud ei misere soleo, vtq; ad totum respicēs effectum. id quod semp̄ est faciendum, ac pro maximo documento in omnibus habendum. Nam in his ipsis quæ ex vulua, vesica, & intestinis profluuiā citantur, estimari debebit ipsius profusionis quantitas: vt videlicet hanc iam vel ut primam, vel ut secundam indicationem curationis habeamus, nec tam obiter totius affectus non habentes rationem. Nam si perruptum uas aliquod magnum est, aut uehementer reclusum hiat, vtq; adstringentibus medicinis est opus, ueluti balauitio, & hypocysti de, & rhoe, & omphacio, & acacia, & gallis immaturis, & malicorio. Sin vel exiguum uas est, qd perruptum est, uel modice reclusum, sic ut non multus sit qui in eo profluit sanguis: etiam aloe, et manna, & pini cortex, & lemnium sigillum, & spinæ ægyptiæ fructus, & crocum, & lapis hæmatites, aliaq; id genus ex vino nigro austro, vtilia medicamenta sunt. Quod si nec genus id vini præstō sit, nec plātago, nec solanum, (quippe hæc quoq; sunt idonea) coquemus in aqua & rubi germina, & cynosbati, id est canini rubi, & myrti, & lentisci, & hederæ. in summa omnium quibus adstricōria vis inest, siue radix sit, siue fructus, siue cortex, siue germen, ideoq; etiam adstringentium malorum, maximeq; cotoneorum, itemq; myrtorum, & mespilorum decoctum idoneum ad proposita præsidium est.

De profluui sanguinis ex erosione, vel Diapedesi.

CAP. 6.

**A**T si ex erosione profluuiū quoddam incidit, non est id magna ex parte profusus: sed exi-  
guum & paulatim effluens, eoq; Pasionis, uel Andronis, uel Polyæda pastillis vitendū est, aut ēt (vt dictum est) nostro, f qui genere eandem vim obtinet, cæterum magis potentē. Sistunt enim hæc erosionem, si tamen etiam toti corpori sit cōsultum, vt prius est dictum. Sin profusus hæmorrhagia sit, ijs quæ uehementissime adstringant, vtendum medicamentis est, quoad vehe mens eius impetus frangatur. mox deinde admiscendi illis pastilli sunt, postea ad ipsos solos veniendum, cum aliquo ex ante dictis succis, aut decoctis. At vero quæ extrinsecus profluient particulae admouentur, tum adstringentia, tum citra adstricōne frigida, hæc ipse (veluti pleriq; medicorū) non ubiq; probo: sed mihi cōtra omnino q fieri res postulat, ipsum sanguinē int̄rō cōpelere, ac venas q in alto sunt, implere videntur. Vidimus. n. quosdam eorum qui ex pulmonibus sanguinē reiacerent, ex thorace refrigerando manifeste lessos: eq; ut qui sanguinē vomuerūt non nullos, q vēter foris esset refrigeratus. Eodem mō & eorū quibus ex naribus sanguis pfluxit, aliquæ ex capitib; refrigeratione deterius habuerunt. Ergo nec oīno, nec sine discriminā, nec oīte, loca quæ

\* impressi cod.  
et manuscrip  
tum ut Lina  
cer transtulit,  
habet. sunt tñ  
qui addant q  
sia x̄p̄tov. i.  
ex charta cons  
fecto.

**A** quæ circa particulam, vnde sanguis profluit sunt posita, refrigeranda suaserim; immo postea q̄ in alia prius auerteris: vt exempli gratia, in naflo, vbi sanguinis missione (vt diximus) lis vslus, vel ar-  
\* Hypochondria. Quam di-  
ctione Linacer  
fere semper pra-  
cordiatrastulit  
tuū frictione, deuinctioneq̄, vel ad præcordia defixis cucurbitis. Quin ne sic quidē ad frontē &c.  
caput illico refrigerantibus vtendū, sed prius est contraria reuelendū, vtq̄ affixa in summa cer-  
uice cucurbita. Quippe duplex est in sanguinis ex naribus profusione aueratio: & quæ est ad to-  
tius corporis interna: & quæ est ad capitis posteriora, propterea videlicet q̄ ipsæ nares & in su-  
periore, & in anteriore parte sunt sitæ. Aduersat aut̄ ei quod supra est, id quod infra: & ei qd̄ post-  
habetur, id quod ante. Verū de sanguinis profluuo vel hactenus dictū abunde sit. Patet nāq̄ &  
diapedes in quā vocant, refrigerantibus adstringentibusq̄ esse curandam: & si propter tenuitatem  
sanguinis aliquando incidat, crassiore victu. Is vero cuiusmodi sit, dicetur in sequētibus. dictūq̄  
iam † {ad quandam modum} est in libro, qui de attenuāte victu est scriptus. Nam uero ad memo-  
ratorum affectuum curationē est redeundum. Ergo quod venae infedit vlcus, vbi ad manū est,  
eandem desiderat curationē ijs quæ in carne accidunt: de quibus, duobus ante hoc voluminibus  
disputauit. Nam siue ex recenti vulnere factū est, id agendum est, vt medicamentis ijs quæ Enēma  
vocant, coeat: siue ex erosione, quæcunq̄ dicta de rebellium vicerum curatione sunt, ea prius ra-  
tione discernenda: mox vt opere perficiantur, tentanda. Quinetiam ubi uinculo uas sis comple-  
xus, aut medicamentis sanguinem supprimenteribus, aut ferramentis ignitis usus, illudq̄ tibi cura-  
tionis propositum restet, vt quæ circa viceris labra sunt, carne impleas, ijsdem omnino medica-  
mentis vtere, quæ in methodo sinuosorum vicerum nobis sunt præcepta.

De vulnerata arteria curatione.

CAP. 7.

**D** E arteria aut̄ vulnerata iam dictum est, nonnullis medicorū videri non posse fieri ut coeat. §. cap. - 2. A.  
Atq̄ id afferunt aliqui quidem sola experientia se contentos professi: alijs uero ē ratiōe vſi  
eiūsmodi. Siquidem duram esse ac chartilagineā aiū alteram arterię tunicam, talium uero nihil  
posse in unum coire, cū sit mollium tantū corporum in vnum coeundi habilitas. ut tum in exter-  
nis uidere licet, nullo nec lapide cum lapide, nec testa cū testa unquam coeunte: tum uero in no-  
bis ipſis, qñ nec chartilago cum chartilagine, nec os cū osse coaleſcat. Non. n. fracta ossa per uni-  
tione coherent, sed per callum eū, quem p̄ron Graci vocant, ceu glutino iunguntur. Vid. cap. 9. art. med. ca-  
rib. 1. cap. §. b.

**C** † Graecū tñ le-  
git, xep̄piç.  
De arteria in mulieribus & pueris tum conglutinatas arterias, tum carne vndiq̄, cir-  
cūdatas, idq̄ in fronte, malleolo, & {articulo brachij, summæq̄ manus medio. } Simile quiddam  
aliquando & agresti contigit iuueni, dum sanguinē libi mittendū ueris tēpore curaret, quod no-  
stris maxime est in usu. Cum enim medicus, qui uenam incisurus erat, brachiū hoīs deligas-  
set, contigit attollī uelut in gibbum arteriam. itaq̄ hanc pro uena medicus diuulit. Exigua sanē in-  
cilio erat, sanguis aut̄ flauus & tenuis & feruidus statim ejaculabatur, idq̄ † {cum quodam ueluti}  
saltu. } Ac medicus quidem, ut erat admodū iuuenis, & operum artis parum peritus, uenā se inci-  
disse putabat. Ego uero cum quodam alio ex ijs qui aderant medicis, utiq̄ seniore, ubi quod acci-  
dit aduerti, præparato ex emplastrorum genere † {quod sanguinē supprimit medicamento, } ut  
incisionē curiose coniunxi, tum super medicamen illico imposui, ac spongiam mollissimā extrin-  
secus super hoc deligauit. Mirante uero qui arteriam inciderat, † {insolitam nostram in hoc casu  
prudentiam, } indicauimus homini rē factā, sed postea q̄ incisi hominis diuersoriū exiſſemus;  
iuſſimusq̄ ne uel solueret nobis absentibus, uel ante quartū diē id aggredere: sed ita ut erat deli-  
gatum haberet, spongiam dūtaxat desuper madefaciens. Postea uero q̄ in quarto soluentes planē  
conglutinatam incisuram inuenimus, rursus idem medicamen imponere iuſſimus, tū simili mo-  
do deligare, nec multis postea diebus soluere. Atq̄ ita percurata est huius hominis incisa arteria,  
sola omnium quas in cubito incisas vidi. Nam reliquis omnibus aneurysma, alijs maius, alijs mi-  
nus superuenit. Ac quemadmodum quidem aneurysmata curare conueniat, in progressu diceſ  
suo loco: utiq̄ cum reliquorum omnium præter naturam tumorū curatio tradetur. Nunc coepta  
disputationem absolamus. Siquidem arteria natura difficultē quidem durioris tunice sue co-  
glutinandæ proſus indicat, non tñ eiusmodi que euincit omnino nequeat. Necq̄ enim ita est ſicca  
duraq̄, vt oel chartilago, immo longe his mollior, ac magis carnola. Quo vtq̄ minus de uni-  
da ſectione eius est desperandum, ubi tum ipsa fit parua, tum hois corporis natura molle. Videtur  
aut̄ experientia quoq̄ ipsa rationi ſubſcribere: cum & in pueris & in mulieribus propter corpo-  
rum humiditatem & mollitiam, eam viderim glutinari, & in uno iuueni, cui (ut dictum est) exi-  
gue erat incisa. Cum uero ſanatu diffiſcilior sit arteria q̄ uena, non tamen eſt medicamentorū ad-  
modum diuersus in utraq; uſus, immo ſpecie planē idem maioris minoris'que ratione euarians.  
Quippe tanto ſiccioribus medicamentis eget arteria q̄ uena, quāto ipsa eſt ſuapte natura ſiccio-  
ris temperamentū q̄ uena. Quōd si carnem circa gigni eſt opus, eadem ambæ requirunt. Siquidem  
ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circumdandis, quo in cauis ulceribus roue-  
nire eſt traditum. At quæ in utero, uel ſatica, uel intestinis uenae arteriaeq; ſunt, cum eadem genere  
medicamenta ubi exulcerata ſunt, requirant, etiam instrumenta quibus infundantur, metren-  
chytas, i. uterinos clyſteres, & syphonem rectum, & clyſterem desiderant. Ad ea uero q̄ in recto  
intestino

**D**uraq̄, vt oel chartilago, immo longe his mollior, ac magis carnola. Quo vtq̄ minus de uni-  
da ſectione eius est desperandum, ubi tum ipsa fit parua, tum hois corporis natura molle. Videtur  
aut̄ experientia quoq̄ ipsa rationi ſubſcribere: cum & in pueris & in mulieribus propter corpo-  
rum humiditatem & mollitiam, eam viderim glutinari, & in uno iuueni, cui (ut dictum est) exi-  
gue erat incisa. Cum uero ſanatu diffiſcilior sit arteria q̄ uena, non tamen eſt medicamentorū ad-  
modum diuersus in utraq; uſus, immo ſpecie planē idem maioris minoris'que ratione euarians.  
Quippe tanto ſiccioribus medicamentis eget arteria q̄ uena, quāto ipsa eſt ſuapte natura ſiccio-  
ris temperamentū q̄ uena. Quōd si carnem circa gigni eſt opus, eadem ambæ requirunt. Siquidem  
ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circumdandis, quo in cauis ulceribus roue-  
nire eſt traditum. At quæ in utero, uel ſatica, uel intestinis uenae arteriaeq; ſunt, cum eadem genere  
medicamenta ubi exulcerata ſunt, requirant, etiam instrumenta quibus infundantur, metren-  
chytas, i. uterinos clyſteres, & syphonem rectum, & clyſterem desiderant. Ad ea uero q̄ in recto  
intestino

# Gal. methodi medendi

intestino sunt vlcera, etiam per vesicam, cui sit fistula recta ad finem annexa, in hinc & liquatū medicamen tepidum licet. Variabitur itaq; remediorum consistentia pro instrumentorum specie, neq; enim fas est eiusmodi instrumentis crassa medicamenta infundere: sed humidiora postulat, atq; idcirco medicocrater plerūq; calida. Proinde siccā medicamenta, magis sunt idonea, quā ea squalē liquabilitā vocantur; quoniam facile, vel plantaginis, vel alterius eius generis succo, milcean, tur. Eiusmodi medicamenta sunt & crocū, & pompholyx, & aloë, & q̄ Cephalica græce dicuntur. In ipso autem primo producendae carnis tempore, quod suppressionem sanguinis continenter excipit, etiam lemnia terra salutare auxilium est.

*De ulceribus pulmonis, & sanguine de pectori erumpente.*

CAP. 8.

**A**T quæ in pulmone hæserunt vlcera, difficiliora ad curandum sunt. Quibusdam vero non difficilis modo eorum curatio, verum etiam quæ perfici omnino nequeat, videtur: idq; tū ratione coniectantibus, tum experientia. Ratione, quoniam pulmo inter viscera propter anhelitum perpetuo sit in motu: cum vtq; quietem requirant ea quæ sint sananda. Experientia, quod neminem vñquam eorum qui ita sunt affecti, sanatum viderint. Atq; de experientia quidem (nā hinc cœpisse par est) dubitare fortasse licet, propter agnitionem. Nos enim vidimus alium ex eo quod maxime vocem in clamore intendisset, alium quod ab alto cecidisset, alium in palestra percussum, non solum statim gravissime tussiuisse, sed et simul cū tussi alios vnam duas ue, alios plures heminas sanguinis spuuisse. Qui vero ita erant afficti, aliqui omnino sine dolore erant, alij in pectori dolebant. Quinetiam sanguis ijs qui doluerant, nec confertim reieclus est, nec multus, minusq; tum ruber, tum calens, ceu ē longinquo vienens. At quibus citra dolorem est reieclus, ijs & confertim, & plurimus, tum ruber feruensq; expuebatur, clare docens q̄ non procul venire. Porro aliam dubitationem facit, ne hanc leuem, ipsa sanguinis ex thorace in asperam arteriā transflumpto, propositam videlicet à medicis, ijs qui transmitti eum per membranam, quæ pulmonem involuit, posse non putarunt. Forteq; (nisi multis eorum qui ita sunt affecti, tum statim ortus dolor, tum vero quibusdam eorum phlegmone superueniens quæ postea suppurravit, manifestum indicium præbuerunt in pectori consistentis affectus.) pronunciassent sanguinem ex pectori per fauces nunquam reisci. Nunc vero his indicijs consuli, à pectori quidem venire cōcedunt. Cæterum dum aliam viam, quam per pulmonis membranulam inquirūt, multa, eaq; absurdā proferre coguntur. Quāvis in ijs quos Empyus græce vocant, ipsum pus quod medio spatio inter pectus & pulmonem contineri ipsi fatentur, videant (arbitror) apertissime ex pulmone expui. Nos vero in ijs quibus erat in pectori tantus abscessus, vt etiam oīsum aliquid carie corrumperetur, manifeste ostendimus mulsum quæ iniecta in pectus fuerat, ex pulmone expui. Sanè nouimus in urbe Roma, t̄ loco profecto fluxiōibus maxime obnoxio, eijsmodi affectus in pectori non raro constitit: vt necesse fuerit ipsum os quod affectum fuerat, excidere. In plurimis vero etiam membrana quæ costis intra subtenditur, vñ cum corrupta costa inueniuntur putrefacta. Solemus ergo in curatione, mulsā per vlcus infusa, iubere aliquando quidem vt inelinati in laborantem partem tussiant. Sæpe vero molliter concutere, interim etiā organo quod pus extrahit (Pyulcon Græci vocant) educere quod intus ex mulsā reliquum est. Hoc facto, vbi tum pus vniuersum, tum et sanctam vlceris eluisce confidimus, mox medicamenta iniecionis. Ergo in eijsmodi affectibus, si quem in medio pectoris ac pulmonis spatio humorem reliqueris, statim hunc tussi eiectum contemplabere. Mirandi profecto sunt ijs, qui de via per pulmonem hæsiunt, quo pacto non magis hæsident, quemadmodum crassus sanguis in fracti ossis callo effundatur. Nam & ipse qui effunditur, non paulo naturali est crassior, & cutis substantia longe vtq; crassior pulmonis inuolucro est. Quod igitur diximus, cū vel casu, vel præualida acutaq; voce, vas aliqd' in pulmone rumpitur, citraq; dolorē confertim sanguis feruēs floridus multusq; cū tussi expuit, scire licet in viscere vulnus esse. Aggregienda vero curatio est, prout nos sæpe sumus aggressi. quibus vtq; non raro successit. Igitur laboranti ipsi iniungendū est, vt nec magno vtratur respiratio, ne semper agat silentium, præterea vena cubiti interna protinus incidenda, à qua bis terq; postea sanguis est detrahendus, vtq; eius auertendi causa, tum artus oēs fricandi, vinciēdiq;, ita vtq; ipsi solemus, vbi haec sunt facta, primū posca tum diluta, tum tepida potui est offerenda, quod siq; in viscere thrombus, i. crux concretus latiter, resolutus expuatur. atq; hoc nihil vetat bis terue ternis horis facere. Ab ijs vero et aliquid eorum quæ tum emplasticam vim habent, tum adstringunt, medicamentū exhibendū. idq; aut ex posca diluta primum, aut ex malorum, myrtorum' ue, vel alicuius eiusmodi adstringentium decocto. Rursusq; vesperi medicamen hoc similiter dandum, circunciso, si valentior sit, omni nutrimento, si aliter, sorbitonis quod satis est, exhibēdū. Maxime vero ad rē pertinebit, si et postero die, modo fortis cubans sit, parū sanguinis ab incisa iam uena rursum detrahatur, tum viētu medicamentisq; eodem modo in quartum vtq; diē vtat. pectori interim, si aestas sit, vndiq; melino, rosaceo' ue madefacto: si hyems, nardino vnguento. Q; si emplastico aliquo vti medicamento placet, habes à nobis optimum, quo et ad reliqua vulnera cū fiducia vtare. constat id ex bitumine & acetō, t̄ {alijsq;} quæ illis milceri medicamentis solent quæ enæma barbara à medicis dicuntur. Q; si mulier imederis puer' ue aut deniq; corpori, quod

*id ē. q. d. lo. aff. cap. 5. 6.  
se 5. nth. 13.*

*Vit. c. 6. & san. eu. cap. io.  
c. 7. lib. ii. cap. 16.  
i. it. i. & comp. orac. & gen.  
i. in fine.*

<sup>a</sup> Nostrā p̄ reiactata ista sanguinis missio nō gracia evanuandi, sed tñ deriuandi conuenit, non enim, ut inquis Aescul., evanuione indigens tales, nimis ab affectione ipsa evanuari. pag. 455.

+ Linacer v̄le  
gille & παρηκυ  
ματικό. codi  
ces tñ greci ha  
bent τρόπῳ  
σινεατικῳ ut  
τρόπον ήγειρα  
ται, vt sic p̄  
ta Sane nouis  
mus in urbe  
Roma eiusmo  
diaffecto rheu  
matico mō in  
pectorē nō ras  
to constitit,  
& ita legit etiā  
uetus interps.

H

+ Græce aliq;  
legitur.

**A** quod mollis sit carnis, quod ex chalcide fit, satis habile medicamentum fuerit, cuius vires in primo libro eorum que de medicamentorum compositione inscripti, explicauimus. Hac nos ratione multos, ad quos statim ut malum senserunt, accessimus, percurauimus. Quippe hoc maximum est, cuique te attentum esse magnopere oportet, an videlicet statim a ruptura valsis facta curatione incipias, quo cruentum adhuc vulnus priusq; phlegmonem excitet, glutines. Nam si ea semel invaserit, exigua spes est eius postea glutinandi, in longius tamen trahere potest ipsi. Quod vero eiusmodi vlera vel difficulter, vel plane nunquam curari possint: hoc in causa est, quod cum phlegmone soluitur, eluenda pus vleris & sanies sunt. Atque ex utero qdem, & vesica tum sua sponte excernuntur, quoniam videlicet pronis delabi licet, tum elui præterea a nobis possunt. In pulmone neutrum oino fieri potest. Quare oibus quæ huic loco hærent vleribus, una reliqua expurgatio est, ea quæ per turessit. At si recte his tum reliquæ omnem quietem suam simus, tum vero ut sensim respirarent, nec quicquam loquerentur, ut vulnus glutinaretur, iniunximus: quæ potest turessibus esse sanationis spes. Non igitur propterea quod in pectore propter respirationem motu viscus id est, desperata curatio est, velut qui ante nos fuisse senserunt, sed propter sanie & puris vacuationem. Ideoque si statim quis sit aggressus, ac iam dicta ratione medeat, coeunt, sin phlegmone prius occuparit, difficilem incertamque

**B** curationem recipiunt: quoniam pus & sanies prorsus totaque ex spaciis pulmonis non expelluntur, & tulisis ægras partes valde lacerat. At quæ ex pectore educuntur, triplex cōpendit præ ijs, quæ expulmone vacuantur, habent. Nam & vasa ipsa multo sunt minora, & sanies in spatium interius effluit, & in summa magis carnosum pectus est quam pulmo. Nam asperg arterię substantia, quæ admodum carnis expers siccatur est, nulla alia aialis in parte inuenitur, quæ etiam ipsa in eiusmodi refectionibus rumpi solet, cum liqua reliqua vena vel arteria sit erupta, ipsis asperg illæsis manentibus, per solas oscularum (ut sic dicam) coaptationes translatio sanguinis fit. Itaque nec calidus in talibus, nec ruber, nec multis sanguis emititur. Ac videntur qdem prima saltam fronte leuiores eiusmodi affectus, ut qui copia vacuationis minime terrantur. Sunt vero vel ob hoc ipsum grauiores. Quippe cōcretus circa ruptū vas crux, cui facilis transitus in alperas arterias non est, glutinationem prohibet.

De vulneribus septi transuersi, ac earum partium quæ intra peritoneum continentur. C A P. 9.

**S**imili modo & transuersi septi vulnera, quæ foras non perueniunt, in carnosis quidem partibus subinde coalescere sunt visa, eius motu non obstante. Quæ in neruosis eius hærent, infanabilita sunt. Sanè difficilis grauisque curatio est etiam eorum quæ in carnosis sunt partibus, si has iam phlegmone occupauit. Idque non ipsi modo diaphragmati, verum etiam oibus quæ intra peritoneum sunt contenta, quod in ea, scilicet sanies defluat. Ceterum danda opera est, ut ea quacunque ratione siccemus, tum per ea præsidia quæ extrinsecus imponuntur, tum per ea quæ ex aqua vino uite tenui bibuntur. Porro horum maxime idonea sunt, & quæ propterea quod ex seminibus sunt, Dia spermaton græce dicuntur. & quod solenne nobis est, quoque in pectore perforato semper vitimur, quod ex calia componitur. Ceterum tum hæc, tum humida quadam foris applicanda, quæ eiusmodi vulneribus sunt accommodata, ad tractationem de medicamentis pertinent. Hic methodos tamen tradimus, quæ præsidiorum indicent genus. Quare siquando quadam a nobis particulatum pro exemplis adhibeantur, hæc addita claritatis causa fuisse existimandum.

\* Adversus methodicos, quod medicamentorum genera è partium ulceratarum substantia immutentur.

C A P. 10.

**R**ursus igitur propositas methodos repetamus, monstramusque quantum generalis omnium vlerorum curatio per singulas animalis partes speciatim immutetur. Hinc namque discemus præcipue quidem id quod in toto opere est propositum: nempe minime in curationibus errare: velut appendicem vero, etiam eorum quæ se Methodicos vocarunt, audaciam. Qui (siquid mihi, qui nec ad gratiæ quicquam, nec ad odii loqui soleam, est credendum,) cum oīum ipsi medicorum maxime à methodo lenti alieni, dānant (quatenus saltē scribunt,) non solū reliquos veteres, sed etiā ipsum omnis nobis methodi authorem Hippocratem. Ac Empiricus quidem omnia, quæ nos per indicationem inueniri ostendimus, ea dicit per experientiam sibi cognita. Cum vero præter indicationem & experientiam nullum inuenitionis organum tertium præterea sit, isti neutro videntes, tamen appellandos se Methodicos cœsent. Ergo sequantur nos, & nunc saltem ostendant vleribus omnibus per singula membra curandis unam esse sanationis rationem. Audiamus homines quo pacto vlcus current, aut quales indicationes ab eo sumantur. Num alias vllas, quam per planum cicatrice sit inducendum, sinuosum carne implendum, cruentum glutinandum? At quo pacto inueniam quod cicatricem inducat, & quod carne impletat, & quod coalescere faciat? Ne labora, inquietum. Sunt enim inuenta. At qui haud scio an recte, aut an omnia. Fieri enim potest, ut vel ex deteriorum nota quedam inuenta sint, potiora inuenta non sint: vel ut quæ inuenta esse videantur, etiam ipsa sint mala. Indeque adeo accidere, ut quedam vlera prorsus non sanentur, quedam longiore spatio, & cum dolore, & famis cruciatu minime necessario. Neque enim audet quisquam nouum aggredi experientiam priusquam sibi persuaserit priorem curandi rationem recte se damnasse: veluti in ijs vleribus quæ in pulmone consistunt, quæ ne agnouisse quidem omnino fas est citra dissectionum actionumque notitiam, quorum nimis tamen vtrunque auersantur. Ceterum con-

Septima Classis.

eeeeee cedatur

## Gal. methodi medendi

cedatur ad præsens cognosci ab istis Thessali sectatoribus vlcus, quod pulmoni insederit. Nunquid igitur sicuti hoc illis concessimus, sic etiam & quod sordidum sit intelligent, an purum, an equale, an sinuosum, an sanie, vel puris plenum, concedemus, videlicet vel ex diuino afflatus, vel per insomnia ea videntes? An hæc quoque quomodo agnoscant per contabimur? An vero citra horum agnitiones, pharmacum quodvis exhibere concedemus? Ego namque existimo primum expurgandam esse immundorum vlerum sordem, implæda vero carne esse qua pura & sinuosa sint, rursus pur sanie, expurganda quibus hæc circum hærent, mox ita cicatricem inducendam. Iste vero haud scio quonam modo talia vlera sanauerint, nam Thessalus de his prorsus non scripsit, ne videlicet vel ignorantiam suam, vel inconstantiam proderet. Quippe vel rationi parum consona, & falsa de his dicent: vel si quis vera dixerit, eorum indicationem ex membris substantia, præterea situ formaque accipiat necesse esse. Nam esto, vlcus in pulmone sordidum purumque, & cum phlegmone, & line phlegmone, & sinuosum, & planum dignoscere norint, etiam illud scire eos detur, quanque eius quidem, tametsi minimi, intentionem sibi vindicent, nempe quod tale vlcus viridi medicamento expurgetur, Macheronis (si libet) vel Isidis. nihil enim refert. Respondent igitur mihi, si vlcus in vlercere hæserit, quid facient? Num viridis medicamenta aliquid deuorandum dabunt? Omnino ridicula res est. Sed dicant, vndenam medicamen id in pulmone deferendum sciunt? Quod si id quoque sciant, illud certe intelligere non poterunt, an ipsam vim suam, quam in extrinsecus positis vleribus habuit, seruabit. At esto sciant hæc quoque, quod & eandem tuebitur vim, quam in externis vleribus obtinuit, & quod sordes detersit: certe an tuus mouerit, intelligere non poterunt. Cum tamen nisi per tuus sordes expurgetur, nullus sit detergentis medicamenti usus. Ergo id quoque istis detur. At illud saltem effugere non possunt, quin diversam curationem in vlercere femoris, & vlercere pulmonis adhibeant. Siquidem alterum aqua perluunt, alterum tuus sibus expurgant. Pone vero rursus vlcus quod in pulmone sedet, crasso esse pure circundatum. Nunquid tum quoque viride medicamen exhibebut; an mel potius lingere iubebunt? At id dicant, vndenam inuenient. Non, n. profecto id respondebunt, quoniam tenuandi incidenti quoque vim quandam obtinet: cum ipsis à facultatibus eiusmodi disquirerentur vitro diffugiant. Sed nec quod Empiricis in eiusmodi notarum concursu inuentum est mel prodest, præterea istis, sicuti illis, eo vias est. Primum, quod experientiam contemnunt: deinde quod Empiricus in eiusmodi cursu, quænam sit in pulmone affectio, ignorare se fatetur. Ceterum, quæ conductant, se per experientiam obseruals. At Thessalo non satis est curare quod omnino non norit, sed ab affectu indicatione procedit. Sanè si oia illi scire donemus, sicuti prius, non minus quod nos: at nunquam profecto effugiet, quin in diversis corporis partibus curationis species mutetur. Non enim eadem curationis species profecto est, aut multis in uterum propter sordidum vlcus infundere, aut melco medendum exhibere, aut spongia vlcus detergere. Ceterum hæc adhuc parua: illa plane maxima sunt. Fingamus diutinum vlcus citra phlegmonem in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, fessore, ventre, utero, sede, pudendis. Fingamus & illud, si placet, vlcus eiusmodi vel planum omnino esse, vel exiguo minus planum: respondeantque nobis isti sectatores Thessali, qui hæc nusquam discrueit, quomodo id cicatrice tegemus? Nempe eo medicamine quod ex cadmia conficitur. Id enim vleri quod in femore constitit, belle cicatricem inducere potest. Sed num igitur & ei quod in audiendi meatu constitit? Dicam fortassis incredibile, ceterum dijus ipsis notum. Deprehendit aliquando quandam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic vlcus medicamentum diuturnum. Cum citius homini auris putrisset, ac vermes creasset, quod medicamento quod ex cadmia componitur, inducum cicatrice fuisset: ceterum, permisso homine pluribus diebus medicamento similiter vti, postea quod in dies grauius auris oleret, & sanie impleretur, etiam incredibilis quod in primis, ausum vidimus. Quippe ratus meatum ipsum in profundo contraxisse phlegmonem, confugit ad tetrapharmacum, quod plane multo magis augere putredinem partis debuit. Ut pote quod siccare vlcus prorsus non potest, maturare phlegmonem potest. Ergo ubi hoc medicamento ad affectum sanandum uno die est vltus, ut facile videres id maxime esse contrarium, & multiplicata statim sanie vis est, & factor intolerabilis obortus. Itaque qui propinquai laborantis erant, contingere amplius aurem Thessalium non sinebant. Ille vero præ impudentia stultitiaque volebat non modo medicamenta tetrapharmaci aliquid iniucere, verum etiam extrinsecus caprasima relaxans imponere. At cum eum propinquai hominis abigerent, timerentque ne in magno periculo æger foret, nos unum diem amplius permitti Thessalo asino curationem exorauimus. Erat autem profecto postridie tum sanies multo copiosior futura, tum odor grauissimus. quo die tentauit an fieri posset, ut sententiam Thessalij aselli mutarem, ne omnes perderet egros, immo aliquos iam, tametsi paucos, seruare aliquando posset, tam aliena scilicet ab omni vera methodo deserta seca. Ergo siccagere cum homine sum orsus. Nunquid (inquam) phlegmone tibi esse videtur in intimo meatu, proinde relaxantibus uteris auxilijs? Ille tum ita esse magnopere contendit, tum aliter esse non posse. An igitur (inquam) aliquando vlcus, quod cum phlegmone coniunctum esset, aceto acerrimo cum glaucio curatum vidisti? Minime gentium (inquit) immo quis pastillis andronijs ex aceto liquatis utatur, etiam conuulsionem fortasse accerat. Ergo (inquam)

E

F

\* καταπλυνει  
γνωμη ελευθερη

G

H

- A** (inquam) si quis alio quopiam medicamento, quod sit andronijs multo valentius, ex acerrimo aceto vtetur, idq; ad aurem ita propinquā cerebro inuolucrisq; eius particulam, nunquid planē te authore conuulsionem accerset, si phlegmone præsertim aliqua subsit? Hæc tum ipsi, tum ijs, qui adstabant vniuersis recte dīci sunt visa. Ergo quantum (inquam) ad ipsarum partium habitū spectat, que ea quæ ad summū siccant, desiderant, tametsi nunc curatione tua sint veluti efficien-  
tiae, iam tali medicamēto vterer. Nunc qm̄ plures iam dies male ipsas affuefecisti, transferre eas ad contrarium vno impetu, & semel non licet. Nam tibi ac Thessalo contēnere consuetudinem licet, non minus q̄ partium naturam: nobis autē non licet. sed primo die aceto vtar cum glaucio: secundo vtar andronio: tertio ad valentius aliquod, q̄ ipsum sit androniū, transibo. Atq; hoc tri-  
bus quatuor' ue diebus vsus, si mihi vehemētus etiam medicamentum requirere vlcus videbit, eo etiā vti non dubitabo. Extrinsecus vero (inquam) imponam capiti ea parte qua auris infestatur, non, me Hercules, sicuti tu, cataplasma quo relaxare potest, sed eorum medicamētorum aliquod quæ vehemētissime siccare possunt, cuiusmodi est quod ex salice conficit: aut etiā ipsum androniū ex aceto illiniam: aut ex ijs aliquid quæ hoc magis siccant. Nam, qm̄ particula cui mede-  
mur siccissima est, necesse est valētissime siccetur. Indicat. n. veluti vitium ipsum, vt curetur, lib. 3  
 s. 4. comp. mol. p. 20. u. 2.  
 ii. c. 22.  
**B** applicandum esse contrarium: sic particula ipsa quod sit sibi simillimum. Itaq; & prout dixi, egit: sanauiq; hominem, nullo potentiore requisito remedio. Quibusdam vero qui potentiora deli-  
derabant, qbus vno altero' ue anno vlcus aurem infestauerat, valentius oibus iam dictis medica-  
mentum adhibuimus. Id fuit ferri scoria tunsa, cibrataq; tenuissimo cribro, mox in tenuissimum, Vit. 5. c. simpl. med. veluti pollinē leuigata, post cum acerrimo aceto ad mellis sordiumq; crassitudinē cocta. Constat, aut̄ multiplex esse debet in mistione acetū. Verum (quod sepe iam dixi) materię medicamē-  
rū copiam ex alijs cōmentarijs petes. Nunc que ad methodū spectant, absoluant. Nam audiendi locus, qm̄ est siccissimus, idcirco medicamētis eget, que vehemētissime siccant. Quorum nullum reliquarum partii cuius applicasse expedit, sed oculo exulcerato collyriū fortasse, quod ex thure conficit, naribus vero, qd̄ multo sanè magis siccet, q̄ vt oculis conueniat, minus vero q̄ vt auri quadret. Itaq; & prius cōprehensi oēs pastilli utiles sunt, & medicamen quod ad Musam referit, aliaq; generis eiusdem. Vlcerum vero quæ in ore accident, quæcunq; admodum sunt humida, ea medicamētis egent, que vehemēter siccant, veluti diphryge, tum ipso p se, tum ex melle, & vi-  
no, & mulso. præterea & quæ iris dicit, & quæ anthera, hisq; vel siccis, vel ex melle, vel mulso, vel vino. Utile vero ad talia est & Musæ medicamen, præterea rhois succus, & omphacium, aliaq;  
**C** quæcunq; strenue siccant. Quid. n. materias percensendo morer? At quæ simpliciora oris vlcera sunt, hæc sanare cōmode possunt, etiam medicamētæ que modice siccant, veluti hæc ipsa, que pro-  
pterea q̄ in assiduo sunt vsl, Stomatica græcæ sunt dicta. Ea sunt quod ex moris conficit, & quod ex rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandiū viridis, atq; etiā his magis quod ex multo, & cupressi sphærulis cōponitur. Quæ vero in ore admodum humida vlcera sunt proxime ossa, vnde carie tentari ossa periclitent, hæc propter ossium naturā que siccata est, vehemētissimis me-  
dicamentis indigent. Itaq; ego iam comprehensos pastillos semper leuigo, ac siccum ipsum me-  
dicamentum superimpono.

De indicationib; quæ à substantia, ab affectu, à forma, atq; à situ partium sumuntur,  
exemplo ulceris in pulmone.

C A P. II.

- P** Orr̄ dicta paulo ante sunt, & ad vesicam, & vterum, & intestina, & pulmonē, idonea me-  
dicamentorum genera, qbus sit in singulis vtendum: genere quidem medicamenti ab ipsa curandarum partii substantia desumpto, sed cum affectu prius etiā aestimato, modo vero vtendi eius, tum à forma, tum etiam situ. Hinc nanq; excogitati sunt, & oricularij clysteres, quos Oten-  
chytas vocant: & vteri clysteres, quos Metrenchytas: & recti syphones, quibus in vesicam ali-  
quid infunditur, quos Catheteras dicunt: & ipsi clysteres. Hinc rursus que in vetriculo, pectoro,  
& pulmone, vlcera cōsistunt, p ea que edunt, ac bibunt, esse curanda: Que vero in intestinis, bifa-  
riam. Nā que vicina ventriculo sunt, his p comesta, & bibita succurrif: que vero inferius sunt sita,  
p ea que iniiciuntur, qn̄ neq; ad ea que vicina ventriculo sunt, subire potest quod p sedem infun-  
ditur: nec integris viribus ad inferiora ptingere quod p os sit ingestum. Ideoq; etiā que vlcera in  
thorace, & pulmone cōsunt, tum difficilius ijs, que sunt in vetriculo sanant, vt quorū situs lon-  
gius absit, atq; idcirco medicamentorū vis remittat: tum propter hoc ipsum multo valentiora ea  
que deuorenē præsidia requirunt, q̄ si ipsi statim vlceribus admouerent. Inde q̄ adeo excogita-  
ta medicis sunt, vbi expurgandū ex pectoro, & pulmone pus est, fortissima, queq; maxime dis-  
cent pharmaca, taliāq; oino, que si vlcus in ventriculo esset, ipsum exacerbarent. Quinetiam q̄  
hæc p tuffes expurgent, non aliunde q̄ ex forma particularū est desumptum. q̄ hæc nullum talem  
exitum habeant, qualē vterus, vesica, ledes, auris, natus, & os. Hinc etiā fit, q̄ vetriculus vtrinq;  
expurgari possit, sursum p vomitum, deorsum secundū naturam. Quippe hoc genus indicationū  
ab instrumentalibus, quatenus instrumētalia sunt, est sumptum, sicuti quæ siccādum esse docent,  
ab ipsarū similariū substantia sumunt. Ab ipsiis vero morbis rursus tales, veluti ab vlceribus (qm̄  
de his disputatio erat) & q̄ siccanda sint, vt supra est comprehensum: & q̄ qui ē ventriculo eluere

Septima Clavis,

eeeeee ij pus

## Gal. methodi medendi

pus volunt, non sine periculo vomitum mouent, sicuti si aliter infixam illi pituitam per oxymeli ac radiculas detergerent, sed tutius deiectione vtuntur, cum vomenti periculum sit, ne & quod exulceratum est, dilaceret, & succum quempiam inutilem ex vicinis attrahat. Quo nomine (vt dixi) & vlera quae pulmoni insident, difficillima sanata sunt: vt quae nec citra tussim expurgare possis: & si tussim excites, laceraueris. Itaque quasi per mutuas operas, malum ijs in orbem redit, quippe cum quae lacerata sunt, rursus phlegmonen excitent: secundo rursus phlegmonen ipsam maturari, & pus expurgari desiderant. Quare ex oibus sanandi difficultas his exoritur. & quod ea quae idonea vleribus medicamenta sunt, contingere vlcus, sicut in ventriculo, non possunt. & q per medium interuallum ferè vim suam amittunt, & præterea q respirando mouentur, & tussiendo lacerantur itaque cum in pulmone ruptum vas est, scire aperte licet, nisi protinus, anteq phlegmone excitetur, glutinatum sit, id postea insanabile fore.

De ulceribus que in aspera arteria sunt, & in summa eius parte; ac de lactis, quod apud

Tabias habetur, perfictione.

CAP. 12.

**C**æterum, vlera quae in aspera arteria interiori sunt tunica, & potissimum quae summe eius parti (quam Laryng vocant) sunt vicina, aut etiam in ipsa, hæc & curationem recipiunt, & nos non paucos eorum qui ita sunt afflicti, sanauimus. Sanè curationem eorum hinc maxime inuenimus. In grauis huius pestilentiae initio (quæ vtinam aliqui cesserat) iuueni cuidam, cum nouē iam dies ægrotasset, totum corpus vleribus scatebat, †{veluti oibus ferè qui evaserat.} Eo die etiam tussiebat paululum. Postridie vero vbi se lauerat, illlico & vehementius tussiuit, & tussi expulit crustulam, quam græce Ephelcida vocant. Eratque homini sensus manifestus vleris in aspera quae in collo est arteria, prope iugulum nat. Quin aperto quoque hominis ore, fauces eius inspeximus, nunquid in ijs alibi vlcus esset, sed nec sic inspectantibus apparuit vitium, & planè laboranti sensus eius aliquis manifestus ex comediorum bibitorumque transitu fuisset, si illic vlcus fuisset. Quinetiam ex aceto, & sinapi, certioris notitiae causa, quædam ei deuoranda dedimus. Sed nec horum quicque eum momordit, & sensus doloris manifeste in collo erat. Quo loco etiam adeo irriteratur, vt tussire impellere. Sualimus itaque reniti quantum posset, nec tussire. Quod & fecit, eo certe facilius, q exiguum erat quod prioritabat. & nos oibus modis operam dedimus, vt vlcus ad cicatricem perueniret, foris medicamentum aliquod, quod siccaret imponentes tum cubanti supino humidum aliquod ex ijs medicamentis quae ad eiusmodi vlcus facerent, exhibentes: ac iubentes id in ore continere, paulatimque permittere in asperam arteriam defluere. Sic igitur facies, sentire se manifeste aiebat adstringens medicamenta circa vlcus vim: siue ea vis hoc trâmissa est, siue medicamen ipsum roris specie in arteriam ad vlcus defluxit, & tanquam polatum est. Erat autem nec æger ipse medicinæ imperitus, sed ex ijs quidam qui ex vsu, & exercitatione empirice medicabantur. Ergo sentire se aiebat, tum medicamentum in arteriam defluere, tum tussim quoque aliqui mouere. Obluctabat tamen plurimum, ac tussim cohibuit. Igitur ipse quoque sua sponte Rome quidem, vbi correptus fuerat, triduum etiamnum post nonum diem est moratus. post hoc consenso nauigio, primum p. flumen ad mare nauigauit, quarto die post nauis peruenit ad Tabias, vñusque est lacte, quod & mirificam planè vim habet, nec sine causa predicitur. De cuius vsu aliquid dicere oblatum nunc tamen videtur, nec de eo tamen quod apud Tabias habetur, veruetiam alio omni. Neque enim ijs modo qui Italiam incolunt, est succurrendum: sed quoad fieri potest, qui vbiuis habitant gentium. Igitur ad lac, quod in Tabiis habetur, commendandum multa concurrunt, & locus ipse fatus editus, & aer illi circundatus siccus, & pascuū pecoribus salubre. Atque hoc quidem alibi quoque arte præparare licebit, si quis in colle modice edito herbas fruticesque serat, qui salubre simul adstringensque lac reddant, quorum exēpla paulo post dicent. Cæterum, vt ambientem aera simile reddas, fieri oīno nequit: Eligere tamen simillimum ex ea quae datur aerum copia, licet. Simillimus autem fuerit, cui eadem adsunt que illi. Altitudo collis mediocris, via à mari ad ipsum triginta stadia, ampliusque aliquid, sed non multo. Locus autem ipse versus mare. Nempe Tabiae in imo maxime sinu est, qui inter Surrentum, & Neapolim conspicitur: magis tamen in latere quod ad Surrentum pertinet. Porro totum id latus collis est fatus magnus, longitudine ad Tyrrhenum mare porrectus. Inflectitur autem leuiter collis hic ad occasum: nec in meridiē in totum planè pcurrit. Ergo hic collis à ventis ijs, qui ab ortu flant, Euro, Subsolano, & Borea, tutum defendit sinum. Coniungitur illi in imo sinu alter collis non parvus, quæ & veteres Romani in historijs, & qui nunc diligentiores sunt, Vesuvium nominant. Celebre nunc nouumque nomen Vesuvium est, oibus hominibus notum, propter ignē qui in eo ex terra submittitur. Quæ res non parum mihi ad ambiētis aeris sic citatem conducere videtur. & alioqui præter ipsum ignē, nec stagnum propinquum, nec palus, nec fluuius alicuius momenti vñquā in sinu habetur. Oibus vero ventis, qui ab Arctio ad æstiuū occasum perflant, Vesuvius collis obijicitur. multisque cinis ab eo ad mare vñque peruenit, reliquæ videlicet materiæ, tum quae in eo cōbusta est, tum quae nunc etiam vritur. Omnia hæc aerem efficiunt siccum. Licer porro & alibi terrarum eligere collem simili modo siccum, scilicet nec longe à mari, nec adeo magnum, vt ventorum impetu sit expositus: nec adeo humilem, vt subiectoruū camporum halitum prompte recipiat. Caveatur autem ne ad Septentrionē sit versus, ita enim esset auersus

+ Codices impressi & multi  
et ex manuſcri  
ptis legunt ut  
Linacei vertit.  
καθάπερ καὶ δι  
ελλήσι ζεύδη  
πατέρις δισω  
είτης. Sunt tamen  
quoniam habent, q  
οὐδὲν τινα.  
vt sic ἦτι postea  
debet, veluti  
alii sere omni  
bus.

G  
+ πατέρις ος  
ονι. p trâmissum  
ptionē est ad  
dendum,

H

## liber quintus.

35

**A** auersus à Sole. Quod si etiam in temperato orbis loco collis sit, veluti is qui ad Tabias conspi-  
citur, longe magis ad rem pertineat. Hoc in colle sunt herbæ quidem, agrostis, & lotus, & po-  
lygonon, & melissophyllum: Frutices vero lentiscus, & arbutus, & rubus, & hedera, & cytisus, .  
alijqz his similes. Atqz ita tibi collis præparetur. Pecora vero quæ in colle ad Tabias pascuntur,  
boves sunt. Estqz eius animalis lac spissum, vt asinorum tenue. Ego vero, ne quod lactis ge-  
nus vñi desit, ex vaccis crassum, ex asinis tenue, ex capris medium: & boves, & asinos, & capras  
in pascua depulerim. Veteres vero etiam mulierē lactantem ijs, qui phthoe cōsumerentur, ad-  
stare voluerunt. Quorum sentētē ipse quoqz accedo, & qz familiare id sit, & qz priusq ab ambiē  
ter refrigeretur, id sumi voluerint. Porro hoc tibi de lactis vñ pro maximo præcepto sit, vt ij  
quibus eo est opus, oīno id astante animali statim mulctum bibant: etiam melle iniecto, si cui co-  
gi in ventriculo solet: qz si ipsum descēdere ad aluum citius cupis, etiam sale. Atqz ille quidē adole-  
scens cum vlcus in arteria ex pestilentī morbo haberet, sanatus est: ac post eū similiter alijs. Alter  
vero adolescēs annos natus circiter dece & octo, cum multis diebus ex dēstillatione laborasset,  
primum quidē sanguinē floridum cum tuſsi expuit, non sanē multum: postea vero etiam tunicae  
ipſius partem, quę tegens intrinsecus totam arteriam, in fauces & os per ipsum arterię caput (La-  
rynga vocant) ascēdit. Videbatur aut̄ mihi tum ex crassitudine eius coniectanti, tum ægri sensu,  
ipſius laryngis esse interna tunica. Quinetā læſa illi ex eo vox est. Atqz hic quoqz longiore qdē  
tempore, sed tñ sanatus est. Cæterum, qui ex pestilētia hoc vitio laborarunt, propterea mihi faci-  
le sanati videntur, qz præfiscatum ijs præpurgatumqz totū corpus fuerit, quippe cum & vomue-  
rint ex ijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit. Atqz cum ita iam vacuati essent, qui euasuri  
erant, ijs pustule, quas exanthemata vocant, nigrae toto corpore cōfertim multæ apparuerūt, vl-  
cerosæ qdem plurimis, oībus certe sicce. Eratqz intuenti perspicuum reliquias eas esse sanguinis,  
qui in febri putruerat, quas veluti cinerem quempam natura ad cutim trusisset: sicuti alia ex su-  
peruacuis nonnulla trudit. Verum medicamentis ad eiusmodi exanthemata opus non fuit, cum  
liderent sua sponte, ad hunc modū, alijs qdem, quibus videlicet exulcerata summa pars fuit, de-  
cidit ipsa vleris crustula, quam Ephelcida nominat. deincepsqz quod reliquum fuit, propinquū  
sanitati erat, ac post vnum duos' ue dies ad cicatricem peruenit, alijs, quibus scilicet vlerata sum-  
mitas non est, exanthema quidē ipsum, & asperum, & scabiosum erat: decidit vero veluti squām-  
ma quædam, ac dehinc oēs fuere sani. Nihil itaqz miri si etiam ij quibus eiusmodi exanthemata  
in pulmone sunt orta, propter vlerum siccitatē sunt sanati. Quod nanqz in cæteris vleribus  
vniuersis supra monstrauimus curationis esse propositū, hoc iam ijs, quæ ex pestilētia sunt orta,  
præstò fuit. Omnia nanqz siccata, & aspera fuere: plurima quidē scabiei: quædam vero etiam lepra  
similia. Ergo cum experientia rationi attestetur vlerum curationē hunc vnum habere finē, vt  
sufficiunt, poterit quipiam ex ijs qui sanguinem ex pulmone reiſciunt, seruare permultos, ita vt  
nos fecimus.

De curandis statim ijs, qui ob dēstillationem, aut membrorum spiritus refrigerationem  
sanguinem reiſciunt.

C.A.P. 13.

**A** cquemadmodum quidē medendum ijs sit, qui notabile in pulmone yas fregerunt, inde  
adeo qz ab alto sint lapſi, vel immodice clamarint, vel pondus supra vires sustulerint, vel qz  
durum māgnumqz aliquid extrinsecus ipsorum pectori inciderit, dictum prius est. Quemad-  
modum vero, qui ex catarrho sanguinem reiſciunt, cōmōdissime tractentur, nūc dicemus, pro-  
posita claritatis causa curatione, quā Romē in splendida muliere peregrimus. Hæc nanqz, cū eius-  
modi sermones audisset, quales nūc de ijs, qui sanguinē ex pulmone reiſciunt, habuimus, siue ex  
catarrho id, siue vehemēti tuſsi paululum qddam p noctē expuerat, illlico ad me misit, t̄ ſe qzqd  
exigerem præbituram promittens. Audiuerat vero ante id t̄p̄s, nīl quis illico præſidiū strenue  
afferet priusq vlcus phlegmonen contraheret, eum operā amillurum: atqz hanc esse p̄cipuam  
corū qui sanguinē reiſciunt, interitus causam. Igitur incidere mulieri venam, quę iam quatrūdū  
propter catarrhum propemodū sine cibo egisset, non placuit, sed iussi vt acri vteretur clysteriū  
crura manusqz calfamenti pharmaco plurimū fricaret, & vinciret, mox caput raderet, cui deinde  
medicamen quod ex palūbium stercore constat, imposui, interpositisqz tribus horis in balneum  
duxi, ac laui, nullo caput contingens pingui, deīn caput idoneo pileo contexi, & pro eo qui tum  
erat téporis statu, nutriti sola sorbitione: post quā statim fructū aliquē autumnaliū austerrū dedi.  
Deinde cū dormitura esset, quod ex viperis conficī medicamentum dedi, {theriacen vocat} cir-  
citer quatuor menses ante confectionem. Habet. n. id etatis adhuc prævalentem papaueris succum,  
qui in antiquatis ignauis redditur, ideoqz & somniferum est, & fluxiones tum ſiecat, tum leuiter  
craſſat. Finito vero proſsus catarrho, liquido apparebat, tum ex respirandi ſpecie, tum ſonitu ſe-  
mel excitatae tuſſis, pulmonē purgatione egere. Cæterum exhibere hanc non placuit ſecundo ſa-  
tem die, ſed in omni taciturnitate, & quiete muliere ſeruata, tum artubus eius pfricatis, vincitisqz,  
tuſſi reliquias quoqz oēs partes perfriari, excepto capite, quod adhuc ex medicamento incaleſce-  
bat, rursus aut̄ vespere dedi théracieſ ceu fabae noſtratis magnitudinē. Erat vero quod pridie ac-  
cepferat, hoc longe amplius. Postea vero qz hac quoqz noctē probe dormiuiffet, tertio die mane

Septima Clafſis,

eeeeee iii mel

\* Catarrho.

\* vñm.i. cor-  
pus.

+ \* vñm.i. cor-  
tex.

\* Ar. graueqz  
\* xđl. sa. eft  
in imprefis vt  
Linacei verit.  
in manufcri-  
ptis aut̄ rāxiz  
sa. i. celerrime  
legitur.  
tex grecis clas-  
tus. Promit  
tene pberre le,  
gogd vellē, fa-  
cturā, ideſt vt  
vetus ē trans-  
latio habet oī-  
bus p̄ceptis  
mes quantuli  
bet arduis, ſe  
obsequuturā.  
neg. n. de pre-  
mio hic intelli-  
gendum eft.

**D** mel excitatae tuſſis, pulmonē purgatione egere. Cæterum exhibere hanc non placuit ſecundo ſa-  
tem die, ſed in omni taciturnitate, & quiete muliere ſeruata, tum artubus eius pfricatis, vincitisqz,  
tuſſi reliquias quoqz oēs partes perfriari, excepto capite, quod adhuc ex medicamento incaleſce-  
bat, rursus aut̄ vespere dedi théracieſ ceu fabae noſtratis magnitudinē. Erat vero quod pridie ac-  
cepferat, hoc longe amplius. Postea vero qz hac quoqz noctē probe dormiuiffet, tertio die mane

Vit. 3. t. alom. cap. 15.  
H. ec. q. ibi.  
Vit. c. t. lib. v. cap. 6.  
ec. t. lib. b. c. m. ſu  
cap. 9. A. ea in lib. a  
marcor. cap. 9.

## Gal. methodi medendi

mel coctum copiose exhibui, ac in quiete seruau. Procedente vero die totum corpus similiter B perficiui; ac ptisanæ cremorem cum pane exiguo pro cibo sumere iussi. Mox quarto die mane quidem dedi medicamentum, quod ex viperis fit, sed quod iam in ætate vigoris esset, idq; cū copioso melle. Capiti vero mulieris eodem pharmaco, quod vehemēter tum siccatur, tum calefacit, imposito; ac deinde ipsa lota, nutrita q; modice, valentius iam pulmonē expurgare in quinto sum aggressus. Ac dehinc rursus rursumq; ex interuallo ad caput qdem conflueto cerato, quod thalpian recipit, sum vsus. Totam vero corporis curam, in gestatione, frictione, ambitione, laudiq; abstinentia, ac viatu, tum moderato, tum vero boni succi, ad reficiendum direxi. Haec itaq; mulier recte se habuit, minime lactis opem requiriens. Alteri vero adolescēti, cui non ex destillatione, sed ex refrigeratis spiritus instrumentis orta tullis fuerat, cum sanguinē & ipse ad dimidiā heminam reiecerit, statim venam incidi, ac bis eodem die ex ea sanguinē detraxi: deinde rursus postridie bis, sed artuum frictione, & vinclatura priore die vlus, ad vesperam dedi pharmacū nostrum, quod diapermator dicitur. Secundo die post alteram detractionē imposito toti pectori ceratum, quod ex thapsia confici: mox vesperi, ne supra modum calfaceret, id auferens. Tertio die rursus ad tres horas imposito, hoīem laui. Cibauī aut̄ similiter tribus his diebus: prioribus qdē duobus, sorbitūculis, tertio vero ptisanē primum cremore, deinde pisce statim aliquo, qui & facilis concoctu esset, & simplici ratione p̄paratus, adieicto. Dedi quoq; medicamentū diapermator, & secundo, & tertio die similiter ad vesperam, quippe quod & somnum conciliat, & sensum doloris eleuat, & siccandi vim habet. Tum vero, cum & spiritui delegatae partes in naturali temperamento essent, & totū corpus vacuatum, ac nulla phlegmone suspicio circa ruptū vas superesset, expurgare coepimus. Mox bibito medicamēto quod viperas habet, ætatis iam vigētis, ad Tabias dimisi. Sic ego oēs qui primo se die mihi curandos permiserunt, sanau.

C A P. 14.

**Q** Vi vero post duos, aut tres, nō oēs: sed aliquibus eorū insanabile vlcus fuit. Quotquot aut̄ phlegmone sic occupatū, vt iam febricarent, horum nullus est in totum persanatus. Sed qui postea sic per oia præsidia rite transferunt, vt siccaretur vlcus, ij tm saltē lucrificerunt, vt illud nec vltra progrederetur, nec maius fieret; sed siccatur, ac callo duratum, longiore vita frui hominem lineret. Ex ijs vero qui vlcus in pulmone habent, ij demum insanabiles mihi esse videntur, qui ex succi vitiōsi erosione id possident, quorum aliqui ceu falsilaginem spūtum suum sentire se aiunt, nam longo arbitror tempore oīno opus esse, vt succi corrigatur vitiū. In tempore vero necesse est duorum alterum, aut siccando vlcus, ceu callum fieri, eoq; fore oīno insanabile: aut non siccando, tum ipsum putrescere, tum quæ circa sunt depascere, atq; ita spatio pulmones putrefacere. Porro multi ex ijs, qui eiusmodi succum vitiōsum cōgeliſſent, cum ex eo tussirent, non tñ etiamnum sanguinē reiecerent: huius nostræ prouidentiæ cōpotes facit, prorsus sunt persanati. Oportet aut̄ in principio nullius rei que esse sollicitum, q; vt neq; tussiant, neq; ex capite aliquid in pulmonem defluat. Cauetur id triplici præsidio, purgatione primum: secundo, medicamine quod diapermator dicitur: tertio, ipsi capiti prouidendo. Quod purget, diuersas facultates habeat oportet, cuius generis sunt pilulae que ex Aloe, Scammonia, Colocynthide, Agarico, Bdellio, & Gumi Arabico conficiunt, ad plures videlicet excrementorū purgādas species. Sanè satisfaciant ad vsum, & quæ sine gumi cōponunt. Postea vero si res postulabit, etiā ijs, que nigrābilem expurgēt, vtare. Capiti prouidebitur cerati vsl quod fit ex thapsia. Atq; haec qdē in principio peragenda sunt. Post vero reficiēdus eger salubriter est cibis boni succi, frictione, inambulatiōe, & balneo. Tradet aut̄ de his methodus in idoneo operis loco. Porro ij sunt qui maxime lac requirunt, neglectoq; eo, oīum maxime sunt insanabiles. Cæterum, de mittendo his sanguine scire illud licet. Quicūq; parū habere sanguinis videbunt, ijs ad quendam succū p̄biorem (sicuti prædicti) reductis detrahere sanguinē poteris, tum rursus reficere: eosdē etiā rursus purgare, ac rursus reficere, denuoq; si res suader, sanguinem mittere, potissimum quibus veluti limus vitiōsus & crassus, totus est languis. At qui validi sunt, multiq; sanguinis, ijs statim à principio est detrahendus.

Quām perperam Erasistratus, ac Thessalus sanguinis reiectionem curarint. C A P. 15. ac de ulceribus que in sede, ac pene considunt.

**H** Orum que retuli, vel modo, vel ante, siue ea iueni ipse, siue iuxta Hippocratis viā usurpui, nihil planè non examinatū, ac iudicio cōprobatū est, sed p̄ experientiā oia iudicata: in quibus erroris pericula ipsi p̄tulimus. Fructum ex eorū vsl habituri sunt qbuscunq; artis opera sunt cure. Siquidē alij veri sunt, alij sophistarū sermones. Quanq; quid sophistas memoror? Cum etiam nō contēnendorū medicorū aliqui, etiā qui integrā volumina de sanguinis reiectione p̄diderūt, alia qdē multa, & parua recte p̄scripserint, maximorū autē auxiliorum nullius meminerint, parū intelligētes p̄ multa illa & parua quæ recte admonent, longū ipsiæ ægrotis cōparandum interitū. Per hec aut̄ tria, q̄ planè deplorati non sunt, oēs seruant: per sanguinis missionē, & purgationē, & ea quæ caput roborat. Sanè in sequētibus, cū de succorum curatione p̄cipiemus, dicemus de sanguinis missione diligētius. Minime igit (sicuti medicorum nōnulli censem) a paruis incipiēdum auxilijs

- A** auxilijs est. nec sicut illi dicunt, sentiendum, ista scilicet prius esse tentanda, mox si nihil profecerint, aggredienda maiora. nam in morbis in quibus periculum non impedit, vera ea opinio est: at ubi moriendum æstro prorsus est, si phthoe semel exceptus sit, alienissimum à ratione est à misericordia inchoasse. Nam sicuti reliqua oia ab Hippocrate tradita, ita illa quoq; sententia recte est dicitur: Nempe ad ultimos morbos ultima prorsus remedia maxime valere. Quanam igitur inducitur opinione Eralistratus in talium affectuum principio segni tardusq; est, post diligens cum perij occatio? Nam sanguinis missione cum sanguis reiectur, nusquam prorsus vtitur, vtilissima ratione inductus, sed nec purgat quenq; nec caput siccatur. Quibus nimisrum si quis phthoe occupari periclitantes fraudet, quavis reliqua oia probe peragat, nihil plus arbitratur agat. Nam sanguinem mittere recusat, ac solis artuum deuinctoribus ad eum auocandū vtitur, quō (vt ipsemet ait) ad phlegmones tempora sat nobis sanguinis supersit, nec propter inopiam eius ægrum nutritre cogatur. Sed heus tu Eralistrate, dicat arbitrator alius, si post venam ruptam phlegmone iam pulmonem occuparit, non est quod spores hoiem sanandum, propter ipsas quas paulo ante comprehendit rationes. Quare amplius opera tua non egebit proditus videlicet per te inter initia. Quippe idem facis quod gubernator, qui ubi per eius incuriam eversa nauis est, vectorū cuiuspiam afferē in manū dat, indeq; salutē cōparare suadet. Sed Eralistratus fortasse existimat phlegmonē esse ex ijs que necessario vulnus comitetur. Verum si ita sentiebat, in magna planè erat ignorantia, cum videre cuiq; liceat sexcentis corū, qui quotidie singulari certamine decertant, maxima citra phlegmonē glutinata vulnera, sic, vt secundo vel quarto die sint oīno in tuto. Nos vero etiam plurimos ex ijs, q; vas in pulmone ex casu, clamore, plaga'ue rupissent, priusq; phlegmonē in vase rupto excitaretur, curauimus. Quod si horum quoq; pulmones phlegmonē invasisse asserit, ipse suis ipsius placitis repugnat, simul princeps viscus, quod maxime vicinum cordi sit, phlegmonē laborare affirmās, simul hominē febri carere, itemq; rupta phlegmonē nihil expuise. Ergo à nobis quoq; inuicem audiat, nec fieri posse vt glutinetur vlcus, si phlegmonē pulmonem inuaserit, omninoq; si inuaserit, febricitaturum, ac purulenta deinde cum phlegmonē soluitur, tussi exputurum. Ergo si quis nec febricitabit, nec tulliet, nec sanie aliquā ex vlcere & phlegmonē spuet: quae ratio est vt huius inesse pulmoni phlegmonē dicas? Itaq; tum hoc maximū certe præsidium non recte ab eo damnatum est, tum purgatio sine vlla mentione p̄termittit. Ac nec vllum pharmacon quod efficax sit, contra vllum ex comprehensis generibus ab eo est positum. Quin siue caput fluxionem mittat, eo statu seruabit: siue ex intēperie ipsorum spiritualium tussis incidat, etiā ipsa sic manebit. Ergo Eralistratus staturio illi assimilis videtur, qui reliquis oībus partibus scite pfectis, statuā reliquit cæcam. Nam quæ, quæso, reliqua pulchritudinis gratia, cum oculos desideres. Postea, si dijs placet, cum tanti viri maxime aberrent, egregius vir Thessalus, q; artem ne nouit quidē, Methodicum se censem appellandum. Ac nunc ferme oīes sectatores eius sanguinē mittere videamus, tum alijs egrorum non paucis, qbus non solum non vtile, sed etiā noxiū existimare id præsidij oportebat, præsertim si proprijs ipsi hypothesisibus starent: tum vero ijs, qui sanguinē, siue hunc p vomitum, siue etiā cum tussi, reiectum, modo valentes vires habeant. Sed quomodo cohærebunt hēc secum, vt venā ubi sanguis reiectur, incidere iubeant: & in commentarij suis scribant remedium id adstrictris vitijs conuenire? Ergo ne se Methodicos amplius nominent, sed Empiricos, si reiecta ratione, quā esse rectam putabant, experientia vtuntur ad inuenienda præsidia. An igitur in ijs quidē clare deprehendunt nec methodo, nec oīno ratione aliqua quicq; facere: ubi vero partes inutiles esse ad curationis intentionē aīunt, non multo magis. Atquī si quis ad memoriam reuocet ea quæ de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, pterea vtero, vesica, & vetriculo, diximus: errare eos tota via videbit. [Talis igit̄ erat qui ad phlegmonē quę in pudēdo erat, macedonico medicamēto est vesus, ac cum eo etiā cataplasmate, quod relaxandi vim habebat, nēpē solēni hoc quod ex pane, aqua, & oleo cōficietur. Etiā aliis quidā illi p̄similis, qui ad sedē exulceratā ijsdē est vesus. Verum de talibus, ubi de phlegmonis disputabitur, agemus.] Ceterum vlcera quę citra phlegmonē in pene sede ue cōsistunt, nullū cataplasma desiderant, sed medicamen quod cicatricē inducat, non tñ, me hercles, eius naturę quę vlcera, quę in carne sunt, inducere cicatrice possit, immo quę tanto magis siccare possit, quanto haec partes sunt carne sicciores. Quinetiam quod magis admirere, ipsorū quę in pene sunt vlcerum, magis etiam siccari postulant, & quę in toto cole hæserunt, & quę extra hunc etiā finē eius qui glans dicit infestant: minus vero quę in preputio sunt: atq; etiā his minus, quęcunq; in reliqua sunt cute, quę totum colē vestit. Cum igitur humidū in glande vlcus qdā ex amethodis istis medicis, istis in qua Thessalij, sanare aliquā non posset medicamētis ijs quæ epulotica vocant: id est quæ cicatricē inducunt, adhibuit in consilium me. Vbi igit̄ ex me audiūit longe sicciora medicamēto particulam egere, propterea q; siccioris naturę esset, primum nō credidit: vt vero coactus necessitate est aliquo ex nostris medicamētis vti, tribus diebus sanatum vlcus est. perspicuumq; erat medicum nō tam fuisse de salute hominis lætatum, q; inde adeo tristatum q; in mala disciplinā secta fuisset educatus. Siquidem medicamē quod ex papyracea charta cōbussta fit, hoc scilicet nobis vltatum, id genus vlcerum sanat, sicuti etiā anethum vltum similī modo inspersum: itemq; cucurbita siccata

# Gal. methodi medendi

atq; vſta ad eundem modum: alia præterea multa ex ijs, quæ vehementer sicut illa ſiccant. Si qua vero eiusmodi vlcerum ſine madore ſunt, ac recentia, ijs ſola aloe ſalutare medicamen eſt. Inſpergitur autem ſicca, ſed in tenuiſſimum ceu pollinē redacta. Hec vero etiam quæ in ſede conſtituit ſicca vlcera probe pecurat. Similiſſimā huic vim habet & cadmia vino elota, & ſicca. Ab hac quoq; non longe abeft argenti ſpuma Lithargyros græce dicitur. Deinceps vero molybdæna ſequitur. Omnibus vero tum minus inferens doloris, tum nullo minus efficax pompholyx eſt. Sin humidiora ſunt, ipſe per ſe pini cortex; itemq; lapis hematites vocatus idoneus eſt. Quod si profunditas quæpiam iplis adlit, vbi exiccata fuerint, diſtorum alicui tantulum mannae admifcendum eſt, quantū ſit ad carnē gignendā ſatis. Neq; igitur horum quicq; vel per ſomnium norunt, qui iſtiſ ſunt alienæ à methodo ſectæ: cū omne vlcus, in quacunq; animantis ſit parte, eadem poſtulare curationē opinentur: neq; etiam quemadmodum fuere quædam vlcera oporteat, veluti ea quæ ab domine contingunt, de quibus in ſequenti libro cum ijs, quæ reſtant, vniuersis agetur.

## GALENI METHODI MEDENDI, ID Eſt DE MORBIS CVRANDIS, LIBER SEXTVS.

ARGUMENT. LIBR. I.

Neruorum, tendinum, ligamentorum, partiumq; quæ illorum natura par-  
ticipant, oſſium quoq; curationem absoluit.

Prolixitatis librorum excusatio, ac quæ hactenus monſtrata ſunt.

CAP. I.



On dubito fore nonnullos quibus eſſe prolixus videbor, qui vnum hactenus morborum genus, quemadmodum methodo cureſt, exponam. Par eſt autē non tam mihi longitudinē hanc imputēt, q̄ ijs qui parum intelligētes quæ rectiſſime ab Hippocrate ſint ſcripta, ea calumniari ſunt conati, quos ne quemadmodum vlcus quidē recte current, ſcire oſtendit: nedum quod maius ſit quicq;. Atq; iplum quidem morbi genus, cuius vna species vlcus eſt, ſeu continuatatis, ſeu unionis G solutionem voces, nihil referat. Illud monſtratum eſt methodū curandi eius, in quocunq; corporis mēbro ſit, quæ qdem ab affectu ipſo ſumanī indicationes ſeruare cōmunes: quæ vero ex partibus pbeantur, alias atq; alias habere. Cum. n. in carnosis particulis inciderit, no minatur qdem vlcus: habet vero curationis indicationē oīum qdem quæ p̄ter naturā ſunt cōmunem, ſui ſcilicet ademptionē: quā vero ceu affectus p̄ficit, vt per contraria tollat: quam vt di uifio eſt, vnitioñ. Quippe generatio huīus viiij in diuifione vnitatis cōlilit. Ideoq; in oſſe vo- catur fractura, græce Catagma: in neruofis fibris Spasma: in musculis, vlcus & ruptio: quorū diſſe rentia prius iam dicitur eſt. Idem tñ morbus cum in neruū & arteriam, & venā inciderit, nullā pro priam appellationē eſt ſortitus. mutuantur aut̄ interdum vlceris, interdum vulneris vel ruptionis appellationē. Cæterū parum eſſe de noībus ſollicitum debere eum cui rerū ſcientiam inuenire ſit ppoſitum, ſepe iam diximus. Itaq; huc potius noībus neglectis, pperemus: qñ non ex horū exq; ſita impoſitione, ſed ex appoſitiſ remedijſ ægro ſalus paritur. Rursus igit̄ reuocandū ad memo- riam eſt, quēadmodum audaciſſimus Thessalus, cū nullā curandi vlceris methodū tradiderit, oēs tñ dixiſſe ſe arbitra. Siquidem q̄ ſinuofum vlcus poſtulet impleri, & ſimplex glutinari, hæc nec idiotis ſunt ignota. Quēadmodum tñ methodo quis pharmacis inueniat, qbus vel impleat quod ſinuofum eſt: vel glutinē, quod ſimplex eſt, hec vulgus nō nouit, at id eſt quod medicis conſide randum pponit, atq; in eo aliud alio eſt pſtantior. Quippe velut in p̄cedentibus oſtēdimus, & inueniet remedia, & inuenit ſe recte vtetur quifquis in medendi methodo eſt exercitatus.

CAP. 2.

**V**T enim iam aliquid pſequamur quod p̄cedentibus ſit deinceps, ſingamus quempiam ad nos venire, cui tñ cutis acu ſit puncta. Hunc hoiem, ſi ſit cui facile vlcera ſanefant, etiam ſi citra medicamentum nudeq; mēbro ad opera conſueta dimittas, nihil ſentiet mali ſin cui diffi culter ſanēt, primum qdem colebit, poſt etiam tum pulſu particula infestabit, tum phlegmone. Ac Empiricus qdem examinando pcontandoq; hois naturam diſcret: Nos vero tum ex eiusmo di examinatione oībus hiſ viſi quæ per experientiā inueniant: tum nihilominus ex ijs notis quas de boni ſucci maliq; naturis habemus, p̄terea de ijs, qui acris hebetisq; ſunt ſensus, tum plenitudine grauatis, modiceq; ſe in ſuccis habētibus, nō ignari q; qui vel plethoricus eſt, vel vitiosis ſuccis premitur, vel acris eſt ſensus, vel horum quibulfam oībus ue premitur, phlegmone tentabitur: qui contra eſt affectus, nihil mali ſentiet, atq; hæc proſpicientes, non equidem medicamen quod glutinet imponemus, cuiusmodi plurima ſunt eorum quæ Enæma vocant, (ea ſunt quæ recentibus